



# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

DXXVI. Markgraf Woldemar vereignet dem Kloster Amelunxborn, zur  
Schadloshaltung wegen der Kriegsschäden, welche die Besitzungen des  
Klosters zu Dransee betroffen haben, und für eine Summe Geldes, die ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

presentibus et futuris, nec non uniuersitati ibidem, dedimus et pure donamus IV choros fli-  
ginis annuatim tollendos a possessoribus agrorum Dikstede, iusto titulo proprietatis perpe-  
tuo possidendos, ut eo commodius ciuitatem Luchow munimentis sibi possibilibus valeant  
communiri, renunciantes dictis IV choris simpliciter et expresse quoad nos nostrosque here-  
des nec non quoad quoslibet nostri domini successores. Hujus nostre donationis testes sunt  
honorabiles viri Henricus prepositus in Luchow, Henricus plebanus in Wustrow,  
presbyteri, Johannes Streuel miles, Dithardus de Wustrow, Geuehardus Stre-  
uel, Vlricus Zabel, Rabato de Plothe, Hempo Wolf, Guntherus de . . . . .  
famuli, et Hermannus de Arneburg cum aliis fide dignis. In cuius rei testimonium no-  
strum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum Luchow, anno domini M. CC.  
decimo nono, feria secunda proxima ante diem S. Margarethe virginis \*).

Gerdens Verm. Abh. III, 272. 273.

**DXXXVI.** Markgraf Woldemar verzeignet dem Kloster Amelunborn, zur Schadloshaltung wegen der  
Kriegsschäden, welche die Besitzungen des Klosters zu Dranseer betroffen haben, und für eine Summe  
Geldes, die von denen von Duißow dem Kloster verkauften Besitzungen zu Aulosen und die dazu  
gehörigen Orte, am 11. Juli 1319.

In nomine Domini amen. Temporum varietas et negotiorum diuersitas adeo homi-  
num infirmat memoriam, ut neceffe sit, quod eidem testium et litterarum testimoniis suffrage-  
tur. Inde est, quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Mar-  
chio presentibus recognoscimus, et tam in presentium quam futurorum volumus notitiam per-  
uenire, quod, quia honorabiles viri, Dominus Abbas et conuentus monasterii Amelunge-  
borne, Cisterciensis ordinis, Hildensimensis Dioecesis, solemniter ac publice renunciauerunt  
vniuersis dampnis et iniuriis ex parte nostra et nostrorum illatis in curia sua Drans et in  
aliis ipsorum bonis, rebus et personis tempore guerre proxime, cum Dominis Slatie ha-  
bite, Nos in dampnorum huiusmodi refusionem de expressa voluntate et consensu Illustris Do-  
mine Anne, Ducisse Wratislauenensis, nec non de maturo fidelium nostrorum consilio,  
dedimus ac donamus solemniter donatione predictis Domino Abbati ac conuentui in Amelun-  
gesborn bona nostra, que tenemus ab imperio, videlicet curiam nostram Aulosen cum  
omnibus villis, ad dictam curiam pertinentibus, videlicet Owelose, Wantzewe, Ducich,  
Polnitz, Niendorp, Holtzhausen, Nywenkerken, mediam villam Valkenberghe,  
Wuden, Verchlippe, Drüsedow, Bometzin, Ratzslewe, Vorheyde, Goldisfortp,  
Gleibe, Höwe, Striefow, Wendeschen Wantzewe, cum plena proprietate, cum om-

\*) Das Margarethenfest fiel im Mittelalter auf den 12. Juli — nicht auf den 13. Juli, wie in neuerer Zeit. Der  
12. Juli war im Jahre 1319 der Donnerstag zwischen dem 5. und 6. Sonntage Trinitatis. Die feria secunda oder der  
Montag, der zuletzt vorher ging, war also der 9. Juli.

nibus juribus, jurisdictionibus, iudiciis superioribus et inferioribus, cum homagiis vasallorum, seruiis currum et equorum, cum ecclesiarum patronatibus, cum vectigalibus siue precariis, cum exactionibus et seruiis quibuscunque, insuper cum omnibus vsufructibus in agris cultis et incultis, viis communibus et priuatis, pratis, pascuis, syluis, videlicet Ghariue, Pustenitze, Ducich ac syluis aliis ad dictam curiam pertinentibus, aquis, piscationibus, duobus tractibus in albea, censibus, decimis, molendinis et vniuersis vtilitatibus et prouentibus cum omnibus suis terminis et limitibus, qui a retroactis temporibus in predictis bonis et in aliis quibuscunque, quocunque nomine censeantur, ad dictam curiam Owelose pertinuisse noscuntur, cum pleno iure, libertate et commodo, quiete perpetuis temporibus possidenda, ita quod predicta bona omnia et eorum cultores ac possessores, nec nobis nec successoribus nostris in precariis siue vectigalibus, exactionibus, seruiis currum aut equorum, aut alio quocunque genere seruitutis vlla occasione aut necessitate seruire teneantur, sed soli abbati et conuentui in Amelungesborne predictis ad vniuersa et singula sint adstricti. Volumus etiam, vt fideles nostri, qui aliqua bona, ad dictam curiam Owelosen pertinentia, a nobis hucusque in feudum tenuerunt, ex nunc et deinceps ab homagio ratione talium bonorum sint absoluti, et a dicto abbate in Amelungesborne feudum suum recipiant, et eidem, sicut hactenus nobis, seruire decetero teneantur. Volumus etiam predictorum bonorum ad villam Owelosen pertinentium inhabitatores, qui ad nostrum iudicium, quod Bothdingk dicitur, venire confluuerunt, veniant, et alii, qui prius venire non confluuerunt, nequaquam venire cogantur. Volumus etiam vt Rector dicte curie Owelosen aggerem, predictis bonis deputatum, per se custodire faciat, et a nostris, inspectoribus aggerum ipse rector et sui homines penitus sint immunes: Nec ipsi inspectores nostri eorum aggerem prospicere aliquatenus teneantur. Hoc etiam notum esse volumus, quod vltra predictorum dampnorum renunciationem, per ipsos Dominum abbatem et conuentum factam, ipsi abbas et conuentus nobis in numerata pecunia superaddiderunt centum et quinquaginta Marcas argenti Brandenburgensis et ponderis, nobis integraliter persolutas, et specialiter pro precariis siue vectigalibus de nouem mansis et quartali in Valkenberge et in Niewenkerke de duobus mansis in Wuden, et vno manso in Drusedow, de quinque mansis in Polnitze, et duobus mansis in Wantzewe, de duobus mansis in Owelosen, et duobus mansis in Ducich, nobis et predictae Domine ducisse dicti abbas et conuentus in Amelungesborn quadringentas marcas argenti predicti integraliter persoluerunt. Renunciamus omni iuri, quod in predictis bonis hactenus habuimus, bona fide pronunciantes in his scriptis, hec vniuersa et singula supra dicta dictis religiosis obseruare, et legitimam warandiam prestare contra omnes impetitores, si qui fuerint aut apparuerint in futurum, vbiunque et quocunque fuerimus requisiti. Protestamur etiam publice per presentes, quod Nicolaus, Conradus et Theodoricus, fratres, fideles nostri, dicti de Quitzow, predictorum bonorum vsufructum a nobis in feudum tenuerunt, et predictis Domino abbati et conuentui in Amelungesborne vendiderunt pro mille marcis argenti Brandenburgensis et ponderis, sibi plenarie persolutis, et nos accepta resignatione talium bonorum a predictis fratribus, ipsa bona predicta Domino abbati in Amelungesborne tradidimus, et nostrum fidelem, Matthiam de Jagow, militem, vt ipsum abbatem predictum

in corporalem possessionem omnium predictorum honorum inducat, misimus et mittimus per presentes. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum cum annotatione subscriptorum testium firmiter de nostra certa scientia est appensum. Testes vero hi sunt: reuerendus vir dominus Hinricus Havelbergensis ecclesie episcopus, nobilis Guntherus comes de Keuerberghe et de Luchow, seniores viri Theodoricus in Lennin et Heidenricus in Corin, abbates, Euerhardus in Berlin, et Segerus in Stendal prepositi, et Hermannus de Lucho cum aliis fide dignis. Actum et datum Tangermunde in nostra presentia. Anno millesimo tricentesimo decimo (nono), in (die) translationis beati Benedicti abbatis, presentibus Droysekone et Germano de Wulcow, militibus, et fratre Johanne de Wertbeke sacerdote et monacho in Amelungesborne, et fratre Heinrico, rectore in Owlösen, qui supradictis placitationibus assuerunt. Datum vt supra.

Nach Deitrich's Disput. de Botd. et Lodd., Doc. App. p. 8—10 und Beckmann's Besch. der Ehurm. Brand. V, I, V, 52. Diese leider nicht im Original aufgefundenen Urkunde ist zwar in den vorhandenen Abdrücken vom Jahre 1310 datirt. Doch haben schon Gercken und Wohlbrück die dringende Vermuthung ausgesprochen, daß sie in das Jahr 1319 gehört. Graf Hümber von Keverburg führte erst in diesem Jahre den Titel von Luchow, Eberhard war im Jahre 1318 noch Probst zu Stolze und wurde erst 1319 im April Probst zu Berlin und Hermann von Wulkow findet sich bloß in Urkunden vom Jahre 1319 als Zeuge. Auch der Bischof Heinrich von Havelberg gehört erst in dies Jahr. (Vgl. Hauptb. I, B II, 408). In den erwähnten Abdrücken ist derselbe zwar Hilmer genant. Aber einen Bischof des Namens hat es zu Havelberg nicht gegeben. Ohne Zweifel hat man das abbreivirte Hi . . . in Hilmer falsch ausgebeutet.

DXXVII. Erich, König von Dänemark, und Heinrich, Herr von Mecklenburg, ertheilen dem Bischofe von Schwerin die Zusicherung, den Schaden und Verlust zu ersetzen, welchen der Bischof bei der gegen Markgraf Woldemar von Brandenburg geleisteten Kriegshülfe erlitten habe, ohne Datum.

Ericus, Dei gratia Danorum Slavorumque Rex, et Hinricus, eadem gratia Magnopolensis et Stargardie Dominus, Universis presenciam visuris seu auditoris salutem in Domino. Universitati uestre cupimus esse notum, quod cum jam dudum gverre et bellicose discordie habite sint, et adhuc nondum sopite inter nos ex una et inclitum Principem, Dominum Woldemarum Marchionem Brandeburgensem et suos adjutores parte ex altera, his pendentibus invocavimus auxilium viri venerabilis Domini Hermanni electi et confirmati in Episcopum Sverinensem, qui promte nobis assurgens assensu, contra invalores violentos terrarum nostrarum nos juvit cum suis vasallis et amicis, quos ad hoc potuit convocare. In qua quidem gverra cum nobis, ut premititur, auxilium prestaret, quam plures de suis vasallis et amicis captivi ducti sunt ab hostibus et perdiderunt dextrarios, equos alios, arma et res ceteras, quas habebant, aliquibus ex ipsis mortis exitio interemptis. Cum igitur iniquum et indecens reputemus, quod tam benevolum et nobis summe gratum ejus obsequium sibi quomodolibet sit damnosum, obligamus nos ad hoc similiter in his scri-